

D. O. M.

CANONICA THEOREMATA
AD OCTO PRIMOS TITULOS LIB. I. DECRETULIUM
SUMMI PONTIFICIS GREGORII IX.
SPECTANTIA.



§ I.
ECCLISIA militans, quæ latè sumpta, ab Orbis exordio protrahit principium, novem Juribus ad usque D. Petrum fuit gubernata: Naturali, scilicet Rationis, Gentium, Moysi, Prophetarum, Civili, Evangelico, Apostolico, atque Canonico; Jesu-Cristi verbis, adeo roborata permanit, ut adversus eam Inferorum portæ non prævaleant. Canonicum Jus dicitur, quod Summus Pontifex, aut sanxit, aut approvavit. Ejus potissima pars ex Conciliis Ecclesiasticis coalescit. Generale est, quod à Papa, ejusve certo Legato &c.

§ II.
Præcipua Generalia, sacre Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense: tantique æstimantur, ut interdum quatuor Evangeliorum Libris, interdum Paralip. totidem fluminibus comparentur. Ita fuit Nicænum celeberrimum, ut testante Euthimio Alexandria Patriarchâ, bis mille, octo, & quadraginta Episcopi confluerent; communis creditur tercentis, octodecim accurrisse: cujus regimen, ac Præsentiam tenuit Osius Hispanus, Corduvensis Episcopus, Silvestri Pontificis Legatus.

§ III.
Primum, quod in Lege Gratia habitum fuerit, Jerosolimæ celebrare Apostoli ad eligendam alterum, in locum herede illius hominis, qui melius esset ei, si natus non fuisset: non tamen propriè putatur Generale. Ea verè dicimus Generalia, quæ præter cætera Sanctissimi congregantur autoritate. Iccirco Synodum quinifexam, Trullanam dictam, Generalem non fuisse constanter propugnamus. Non omnes, qui ad Generale accedunt Concilium, prætant decisiva Suffragia, cum plurimi, ut Consultores adsint.

§ IV.
DE Conciliorum divisionibus, aliisque eorum requisitis, in Palestrâ. Catholicæ Fidei professionem emittere tenentur, omnes hi, qui Bachalareatus, Licenciaturæ, ac Doctoratus Gradum accipiunt. Quod Princeps, aut Ecclesiasticus, aut Secularis condiderit Jus Scriptum, Constitutio appellatur; hæc cæne dispositio originem ducit ex vigesimo sexto Seculo, à Mundi creatione, prolapsa. Semper futuros, non præteritos prospicit casus, nisi secus specialiter caveatur, nominatimque exprimitur.

§ V.
Sicuti Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ constitutio non valet, inæqualitatem respectu Præbendarum proventuum continens, ita, & ipsarum net numerum permittens. Omnes ligat subditos, qui subsunt eidem, dum ignorantia justâ non maniantur. Tolantur demum constitutiones præteritæ, cum harum contrariæ denuo producantur. Morte Christi Domini cesavere Constitutiones Moyses, quæ in Præceptis Typicis consisterunt; quæ mortifera modò, modò præfigurativa ab Interpretibus dicuntur.

Papa, aut Pontifex summus semper, & ubique terrarum potest, dum celebrat, uti suo Pallio: Archiepiscopus vero suam intra provinciam ac certis quibusdam diebus: & iste antequam illud recipiat, nec quæ sunt ordinis exercebit, nec Archiepiscopus nominabitur; Non commodabit ali, non induetur eo, cum pro defunctis celebrat, nec sine ipso denique cum vitâ fuerit functus, sepelietur. Quid nomine Electionis; quid Consuetudinis; quid Pallii; quid Translationis veniat, aliisque huius generis, dicemus in Circo.



§ VI.
CONCESSIO Principis facta per Litteras authenticas, est generale Rescriptum. Quod speciale est, generali derogat Privilegio. In omnibus, quæ Pontifex concedit, intelligitur Clausula; *supra* &c. Si Rescriptum impetres molitiosè, obreptione, aut subreptione interveniente, nullitatem promissis. Duobus impetratis, non valebit ultimum, si prius non fiat expressio. Nec Gratia valebit Rescriptum, si Orator omiserit, se alio petiti Beneficio. Si dubiù est Rescriptum ex Jure communi interpretare.

§ VII.
DICTO Communi juri si adversatur Rescriptum, obsequere sicut, ejusque executione suspensa, ad Summum Pontificem consules; & rescripta sicut, quod iterum rescribit. Excommunicati, si agant, nec Gratia, nec Justitiæ Rescripta queunt adiaceri. Nec utrumque extenditur ad personas alias, quam quæ nominantur: & si plura concurrant, eorum data, non præsentatio inspicitur. Invalidum est Rescriptum, inhibens causæ cognitionem: sicuti, quod ab unâ parte impetratur, pendente judicio.

§ VIII.
SI moribus fuerit Jus institutum, id consuetudo dicitur: & ea servanda non est, quæ vergit in Ecclesiæ Spirituale præjudicium: non, quæ finit, ut Simplex Sacerdos alterum consecret; nec, quod licitum sit, ut Interdicti tempore publicè Divina peragantur officia. Canonici, absque consensu Episcopi, pristinas Cathedralis Ecclesiæ Constitutiones immutare non possunt. Jus Divinum, Gentium, aut Naturæ abrogari non valent consuetudine; bene verò Jus illud, quod dicitur Legitimum, origine.

§ IX.
Impostulabilem Personam inter alias dicimus, quæ violavit Interdictum Ecclesiæ: & ea Personæ Postulatio rejicitur, quæ si in simul altera eligenda concurrat, duplo maiorem partem non habuerit postulantium. Qui unius Ecclesiæ Episcopus est, ad aliam eligi non valet; bene postulari. Electio ad Præbendam, non ad clamorem populi, sed ab his, quorum Ecclesiæ, suo est penitus viduata Pastore; quæ canonicè factam confirmat superior, de Electi qualitatibus, prius inquisitione factâ.

§ X.
QUI eliguntur Episcopi, debent Summo Pontifici obedientiam, ac fidelitatem promittere juramento. Abjuratus schisma, si dispensus fuerit, eligibilis est. Qui vacante Romana Sede, eligitur à duabus Cardinalium partibus, habendus est, ut Legitimus D. Petri Successor. Eligendus ad Episcopatum, trigessimus, ad Beneficia Curam Animarum habentia, vigesimus quintum ætatis annum debet, petegisse. Electus per Compromissum, si legali careat impedimento, à compromittentibus, dubio procul debet admitti.

§ XVI.
Papa, aut Pontifex summus semper, & ubique terrarum potest, dum celebrat, uti suo Pallio: Archiepiscopus vero suam intra provinciam ac certis quibusdam diebus: & iste antequam illud recipiat, nec quæ sunt ordinis exercebit, nec Archiepiscopus nominabitur; Non commodabit ali, non induetur eo, cum pro defunctis celebrat, nec sine ipso denique cum vitâ fuerit functus, sepelietur. Quid nomine Electionis; quid Consuetudinis; quid Pallii; quid Translationis veniat, aliisque huius generis, dicemus in Circo.



§ XI.
PISCOPUS non confirmatus, diocesanas res administrare nequit: & qui nondum fuerit professus Religionem, in ejus Prælatum eligi non valet: si tamen; postulari. Celebrandæ Electioni, debent vocari absentes, cum sint intra Provinciam; verum remoti, citandi sunt, si commodè potuerint: Quæque celebrata fuerit ab Electoribus suspensis, invalida est. Epilepsi laborans, est in Episcopum ineligibilis. Quasi possessio eligendi in eligentium aliquo, cum dubium evenit, tuerit Electum in Præbendâ.

§ XII.
EX Compromissariis quindecim, Si octo eligant Nonum, qui electioni de se factæ consentiat, validitate induitur Electio. Per Laicos ad Ecclesiasticam Præbendam, aut Præbendam electus, nedum carebit Beneficio, verum remanet electionis impos decetero: adeo ut nonquam illi eligendi nanciscuntur jura, quantumvis Episcopus eos sinat, potiri. Si Electionem celebrent Personæ undequaque idoneæ, firmus erit actus, modò à majori, saniorique Eligentium parte fuerit celebratus; & Electus Beneficii sit capax.

§ XIII.
APPELLATIONE interpositâ, ne Electio, nisi Canonice fiat, si sequatur Electio Canonica, valida est; si vero appelletur, ne hoc modo fiat, & contra celebretur, nulla erit. Non statim atque eligitur quisque in Episcopum, Beneficia, queis fruitur, vacant; sed tunc præcisè cum confirmatus, & professionem adeptus, aut consecratur reipsa, aut tempus labitur istius consequendæ; inculpabiliter quidem. Electus ad Præbendam Metropoleos, in qua à Superiore iam est confirmatus, nõ recepto Pallio, potest Episcopo suffraganei delegare consecrationem.

§ XIV.
CASUS Electione, non ob personæ vitium, sed ob defectum formæ, absente Simonia, qui prius fuit electus, iterum potest eligi ab habentibus facultatem. Monasterium sibi debet eligere Prælatum, quin valeat consuetudo, per quam in alterius conferatur arbitrium. Natus ex Solutis, ante Matrimonium celebratum (quod potuere ante conceptionem) in Episcopum eligi non potest; at postulari valet: & cum eo solammodo dispensat Romanus Pontifex. Non confert Præbendam Episcopus, si ad Capitulum, consuetudine, spectat.

§ XV.
Capitulum, si ad Præbendam elegerint indignum, privantur potestate eligendi; eorum defectum Episcopo supplente: si tamen Capitulum negligat eligere, id ipsumque Episcopus faciat, ad Superiorem devolvetur electio. Solus Summus Pontifex valet Episcopum de una in aliam Ecclesiam transferre; non Patriarcha, Primas, cæterique. Cum Episcopus, auctoritate propria, de Ecclesiâ, cui Spirituali Matrimonio copulatus fuerit, sese transfulerit ad aliam, in penam cupiditatis, utriusque privationem sentiet.

HÆC PRO PRIMO HUIUS STUDII CURSU, OFERT CONCERTATIONI D. VINCENTIUS DE CAÑAS, & Alvaro, Juris Civilis Dr. Sub auspiciis D. Antonii Egidio, Canonum Vespertina Cathedræ Regentis. Locus Certaminis Orcelensis, Litteraria Universitas. Die 12 mensis Februarii anni Domini M.DCC. LXXVI. CUM FACULTATE SANCTÆ INQUISITIONIS. Vi. Baláguer Genr. Regs. ORIOLÆ: In OFFIC. JOSEPHI VINCENTII ALAGARDA, ET EYSARCH. P. C. T. 1776.



R. 20.761

Summa Pontificis Gregorij XIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII.

Summa Pontificis Gregorij XIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII.

Summa Pontificis Gregorij XIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII.

Summa Pontificis Gregorij XIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII.

Summa Pontificis Gregorij XIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII. Pontificatus Maximi Anno 1623. M. C. LXXIII.